



Politicorvm Libri Decem

Contzen, Adam

Colonia, [1621]

Cap. XV. Prima Reipublicæ species est Monarchia, eaq[ue] multiplex.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-95437](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-95437)

absolutam Monarchiam, ipsi enim ad obtemperandum nati sunt, multi eorum non immanes modo sunt, sed etiam anthropophagi. At quos Boreæ penetrabile frigus adurit, audacia valent, sed inconsulta, ideo & illi minus idonei sunt Aristocratiæ, nisi externis misceantur, aut diligenter instituantur. Temperatæ regiones ut saniora corpora, ita meliora & moderatiora ingenia producant, atque adeo aptiora ut civiliter vel regant, vel regantur. Sane si vetusta repetimus, Germani, Franci, ante eos Cimbri, Heruli, Gothi, Wandali, post eos Nortamni, Hunni, Dani, à Septentrione maxima multitudine egressi audacia, saevitiaque incredibili fuere, postea magna prudentia, & moderatione rempublicam instituerunt.

Arctoi audaces.

Emporiis aut Monarchia aut politia opus est.

Nobilitas mercatoribus pauperior urbem haud facile regit.

§. 9. Quid vero de illis urbibus quæ negotiatione multiplice opulenta sunt? Aut vnus principatû, aut populi regimen amplectentur. Si enim sint in vasto regno, facile & commercia distrahent, & tutâ habebunt negotiationem, experientia enim docuit, vrbes sui iuris, & opulentas, quæ habent vicinos principes potentes sæpe periclitari, itaque etiam vrbes sub umbra Imperii florentes, & liberæ, antiquitus principes patronos, & protectores sibi delegerunt. Imperium optimatum emporia magna vix ferunt, cuius ratio est, quia ex infima plebe plurimi celerissime ad magnas diuitias, auctoritatemque diuitiarum comitem euehantur, optimates & nobiles annuos prouentus habent, qui ad negotiationum fructus nullo modo pertingunt. Duorum igitur incommodorum alterum accidat necesse est ut vel nobiles lautissimos mercatorum imitati, & alienum contrahant, patrimonialia accedant, egentique, & dignitatis suæ tamen retinentes ad malas artes, peculatus, concussionem, & calumnias se vertant. Aut si pares facultatibus, sumptus faciant, à plurimis subditorum liberalitate, splendore, familia, potentia vincantur, ideoque contemnuntur, contemptum autem sequitur status euersio. Seruatur tamen auctoritas, si vni pareant, ut fit in Imperio Germanico, vbi magistratus auctoritatem tuctur Imperator.

Hoc ita intelligo, vbi non est urbi annexa prouinciarum subditarum gubernatio, quemadmodum apud Venetos, nam vbi foris etiam imperant, sat multa habent ad potentiam, & auctoritatem prædicia.

Quamquam & alia ratione Veneta Respublica vritur. Nam aliquando trecentos vna vice ciues opulentos in nobilitatis corpore pari iure transcriptis, quo facto, & ærario succurrit, & seditionum causas præcidit, adfectis in suas partes ciuibz potentioribus, & aliis spe paræ dignitatis iniecta.

CAPVT XV.

Prima Reipublice species est Monarchia, eaque multiplex.

Monarchia vnus principatus.

§. 1. Monarchia est vnus principatus, cui ceteri omnes parent. Eum bifariam diuidit Aristoteles l. 3. polit. c. 7. In βασιλείαν seu regnum, & τυραννίδα, tyrannidem. Βασιλείαν definit, τὴν μοναρχίαν τῷ πρὸς κοινὸν ἀποβλέπουσαν, eam quæ communem respicit utilitatem. Lippius. Vnus imperium moribus, aut legibus delatum, susceptum, gestum, parentum bono. Tyrannidem autem ait, esse μοναρχίαν πρὸς τὸ συκοφάνειον & μοχλῶνται. Esse Monarchiam utilitatem Monarcha spectantem.

Hoc igitur inter legitimum regnum & tyrannicum generale discrimen est, quod rex subditorum, tyrannus priuatum spectat bonum. Vel enim libido

dominandi, qua conteritur genus humanum, vel alia quæ videntur bona, tyrannum fascinant, regem subditorum salus excitat; quæ tamen & hoc requirit, ut interdum dominationem assumat, ea enim causa, ut auctor est Tranquillus: Urbium quasdam moderatas, sed ad exitum licentia precipites libertate priuauit. Recte, & prudenter, si non ut ipse dominaretur, sed illa ne perirent. Arctæ sane lex est omni magistri posita, in tanta copia, in tam licentiosa potentia, in tanta amicorum importunitate sua quærentium: alienorum, & sæpe ingratorum, atque aliquando hostium commodis inuigilare. Est vero utile, quod nobis Plato definiuit, Δίκαιον τὸ τῆς καὶ δὲ συνύλης ἀρχῆς συμφέρον, Iustum est, constituti imperii utilitas. Atque hoc est, quod filium suum iuueniliter exultantem Antigonus admonuit. Scito fili, regnum nostrum esse splendidam seruitutem. Optime, si verbis facta respondissent; nam seruus domini utilitatem, non suam spectat.

Augustus vrbes quasdam libertate priuauit.

Verus rex publicus est seruus.

§. 2. Regni autem genera sunt admodum varia, non tam potentia, & latitudine imperii, quam more lege, vsuque diuersa. Quædam enim hereditario iure ad filios & agnatos deuoluuntur, ut Regna Hispaniarum, Galliarum, Britannæ, multique principatus Europæ, alia electione dantur, ut Romanorum, Polonorum, principatus Ecclesiastici. Alia sunt regna libera; ita ut penes vnum regem sit omnium rerum potestas absoluta. Belli, pacis, sacrificiorum, iuris dicundi. Hoc regnum παμβασιλεία nominatur, estque sine lege vlla. Cætera regna legibus constituta sunt.

Regnorum varietas.

§. 3. Παμβασιλείαν definit Aristoteles, εἶναι τὴν πάντων κυρίαν, cum omnium dominus est, vnus existens, aut, cum omnibz imperat secundum suam voluntatem rex. Comparat hoc regnum ipse cum æconomia; est n. ut æconomicum regnum, domus, sic politicum regnum, ciuitatis. Tale regnum describitur Dani. 5. 19. Quos volebat interfecit, & quos volebat percutiebat: & quos volebat exaltabat, & quos volebat humiliabat. Ita, Chaldaus ille, siue iure, siue iniuria. Nec multum ab eo Persarum regnum aliquando abfuit, etsi legibus fundatum, sed leges interdum potentia violenta opprimebat. Xerxes Asiaticis principibus conuocatis, ut de bello Græcis inferendo consultarent, se solum Monarcham ostendit. Vocasse se eos affirmat, ne suo solius consilio vteretur, cæterum scirent sibi magis parendum, quam suadendum esse. Neque vero multo diuersum est imperium Turcarum; subditis, si vllum vnquam, saeuum, & graue. Absolutum enim dominum vite, necis, omniumque fortunarum se tyrannus ille pronunciat. Moscos suos etiam plane despotice, quasi mancipia gubernat. Notum est illud Machometæ Vesiri, Moscum & Turcam solos esse regnorum suorum dominos. Non dissimilis tyrannis fuit olim Ingæ in Brasilia, vbi nemo rem propriam habebat, sed Ingæ beneficio, nec eares ad heredes transibat. Mosco tamen principi leges nonnullæ datæ sunt, sicut & Turcæ; sed vbi tanta potestas est, fere licentia ex lex regnat. Fuere tamé olim Heroicis temporibus huiusmodi imperia legitima & iusta. Si quis enim artem multitudini tradidisset, si seruitute liberasset, si sparsos congregasset, aut insigni aliquo beneficio affecisset, à voluntariis reges creabantur, & quia rari boni ac iusti habebantur, sine pactis, & legibus eorum se prudentia, virtutisque vltro committebant; neque enim iuris, & legum præsidia parabant, vbi nullam contumeliam, nullam iniuriam suspicabantur.

Heroicis temporibus absoluta imperia.

Nec deerat ratio qua reges suos illi defenderent. Nempe; τὸ καὶ δόλον μὴ δύναιτο λέγειν, τὸν νόμον, δὲ δὲ οὐ πρὸς τὰ πρὸς πᾶσι νόμιμα ἐπιτάττει. Legem vniuersæ loqui duntaxat, non autem ad ea, quæ eueniunt accommodare, itaque in quauis arte secundum scripta indicare, stultum esse. vetum

de eare suo loco dicam, nunc in exponendis regno-
rum diuisionibus pergamus.

Regnorum
que legibus
admini-
stratur va-
ria genera.

§. 4. Regnorum quæ summæ potestati leges cer-
tas præfinit, variæ etiam formæ, & olim fuerunt,
& nunc videntur. Quatuor præcipue sunt. Nam
aliquando princeps ius belli indicendi, & gerendi,
iuris dicendi, sacrificiorumque habebat. Idemque
erat Imperator, Iudex, Rector, Pontifex. Quibus-
dam locis ius dicebat, & ciuibus imperabat, belli ge-
rendi ius non habebat. Nonnullis locis tantum sa-
crificiorum curam gerebat.

Reges qui illa omnia, sed ex legum præscripto
præstare, plures fuere, nam Romulus, cuiusque suc-
cessores Rempublicam administrantur ex legibus.
Deinde reges & duces Iudaorum, qui post captiui-
tatem Babylonicam floruerunt, Imperatores, Iudices,
Rectores, pontifices fuerunt. Ea fere ratio est o-
mnium, quæ hodie sunt, imperiorum, nisi quod sa-
cerdotio abstinent. Sed tamen magna quoque in his
varietas est, prout cuique Reipublicæ est visum sibi
contra regnantium licentiam cauere.

Regna soli
bello facta.
Dictatura.

§. 5. Regna quæ solo bello durarent perpauca &
rara fuere. Romæ summis in periculis Dictatorem
dicebat Consul, qui gesto bello se magistratu abdi-
cabat; erat vero imperium plane regium, & pene
sine legibus, sed tamen à populo moderante pende-
bat; nam aliquando Dictatori magistrum equitum
æquarunt. Apud Spartiatas perpetua fuit dictatura,
quantum ad moderanda bella pertinebat. Nam do-
mi summa potestas penes Ephoros erat, non re-
gem; ille enim vitæ & necis ius in ciues nullum ha-
bebat, nisi in castris; dictatori Romano ciuem etiam
indicta causa occidere licebat. Plato tam leni æqua-
litate temperatam potestatem in Epistolis vehe-
menter commendat, nempe populi, & libertatis ex
instituto Græcorum amator; alioqui ille ordo ma-
ximas res impedit; & Spartanis causa claudium
fuit. Aristoteles lib. 3. politic. cap. 14. militare im-
perium appellat. *ἄνθρωπος ἢ βασιλεὺς, οὗτος ἐστὶν ἡ
αὐτοκρατορία, καὶ ἀδύνας ἐστὶν.* Hoc igitur regnum est
quasi prefectura militaris aliqua imperatorum, & perpe-
tuum est.

Philippus
dux Græcia.

Nomine tam lenis imperii, ne liberis Græciæ ci-
uitatibus titulo Regio inuisus esset Philippus Ma-
cedo, tyrannidem suam stabilire conatus est; In
concilio enim Græciæ, ut decerneretur Dux belli,
effecit, quasi tantum pericula contra Persas susce-
pturus esset, libertatem Græciæ nequaquam viola-
turus. Olim similis potestas erat Agamemnoni, cum
Europa & Asia lento duello collisa est. Nam in con-
cionibus, & regum conuentu maledicta, & con-
iuitia tolerabat; etiam Thersites, & terretimus quis-
que *Διμήκερος βασιλεὺς*, populi voratorem regem appel-
labat, at vero extra concionem, in prælio, in ex-
peditionibus, καὶ κτείναν κύειν ἦν, occidendius ha-
bebat: Id ipse profitebatur, *iliad. 2.*

*Ὅν δὲ κ' ἐγὼν ἀποδεδεμένον, — ὅν δὲ
Ἄχιον ἐσέταται θυζέειν κύνας, ἢ δ' ὀϊωνούς
Παῖρ' ὃ ἐμὸν δάνατον.*

Quem vero ego pugna excessisse cognouero, non erit illi sa-
cile canes, & volucres fugere, penes me enim necis est pote-
stas. Hoc genus imperii nec belli, nec pacis tem-
pore esse utile, ipse Homerus satis indicat, dum
contentionibus concionariis Imperatori auctorita-
tem detrahunt, & non nisi pro arbitrio pugnant;
hinc Achyllis ira factum, ut tota Græcia pene perie-
rit, nec ad pugnam tamen cogere eum Agamemnon
potuit.

Αἰσχυρῶς
ταί.

§. 6. Aliud regum genus memoratur ab Aristo-
tele, quos l. 3. politic. c. 14. vocat *Αἰσχυρῶς*, fue-
runtque præcis Græcis sæpe usurpati. Cum nempe

suffragio suo principes aliquos eligerent, vel ut to-
ta vita, & semper præessent, vel ad certum tem-
pus, vel ad certa negocia, ut cum Mitylenæi Pir-
tatum elegerent aduersum exules. Videtur autem
αἰσχυρῶς ex eisdem fere causis orta quibus dicta-
tura, ut libere alioqui, & populares Politicæ faci-
lius vnus imperio componerentur, & discordiæ
sedarentur.

Reges sacro-
rum.

§. 7. Reges sacrificiorum, duntaxat causa raro
creatos legimus, nec regum nomine digni cense-
tur. Romæ Rex sacrorum creabatur. Causam Liuius
l. 2. & Dionys. l. 5. reddit. Verba Liuii sunt: Re-
gibus exactis, & parta libertate, rerum deinde diuinarum
habita cura, & quia quadam publica sacra per ipsos reges
facilitata erant, nec ubi regum desiderium esset, regem sa-
crificulum creant, id sacerdotium pontifici subicere, ne
additus nomine honos, aliquid libertati, cuius tunc prima
fuit cura, officeret. Dionysius à Pontificibus, & Au-
gurbus designatum, Agellius l. 15. c. 27. comitiis
centuriatis factum. Huius non modo nulla erat
Politica, seu regia dignitas, sed ne magistratum qui-
dem capere licuit; imo nec alloqui quidem popu-
lum, quin etiam ante comitium facto sacrificio fuga
se propiebat. Ludibrium igitur regum electorum
potius, quam rex erat.

CAPVT XVI.

De vitiosa Monarchiæ forma, quæ Tyran- nis dicitur, eius ortus, proprietates, delectatio.

§. 1. OMNIA imperiorum genera, cum à fine
suo declinant, & vel regentium, vel pa-
rentium vitio, à iusto recedunt, Rempublicam ad-
mirabiliter conturbant, & plerumque in extrema
exitia impellunt. Sunt autem quemadmodum Rei-
publicæ legitimæ formæ tres, ita quoque ab illis
toridem declinationes. Regiæ potestatis abusus est
Tyrannis: Aristocratia, Oligarchia: Politicæ, De-
mocratia. Generale nomen tribus his vitiosis non est
positum, vocari posset *καταχρηστική*, mala seu vitiosa
Reipublicæ administratio. Definitio eius; *ἡ ἐξ ἧς
ἀπὸ τοῦ τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἀρχῆς ἐστὶν.* Imperium quod spectat
utilitatem imperantium. Nomine imperantium intel-
ligo etiam eos, qui imperantibus sunt coniuncti;
multi enim magis cognatorum, filiorum, certæque
partis, quæ est in Republica, quam causa sua ty-
rannice agunt. Explicationem igitur finitionem tra-
det, si quis dixerit, *Esse imperium quod ad imperan-
tium, aut alicuius partis in Republica utilitatem respicit.*
Sulla opes nobilitatis stabilire, Marius plebis po-
tentiam tueri conabatur, Cæsar suum, nemo to-
tius Reipublicæ bonum spectabat: nec melior a-
liorum, qui in partibus erant, animus; prædas,
proscriptiones, hastam, inimicorum ruinam in
occulo agitabant, bonum reipublicæ prætende-
bant.

Tria Rei-
pub. vitia.

Mali impe-
rii definitio.

§. 2. Cum igitur finis Monarchiæ mutatus est,
pro regno Tyrannis inducitur. Est enim *Τυραννὶς*
μοναρχία ἀπὸ τοῦ τοῦ ἀνθρώπου τῆς ἀρχῆς ἐστὶν. Monarchia
ad utilitatem Monarchæ. Eius tria genera facit Aristo-
teles libr. 4. politic. cap. 10. Barbarorum, *Ἀστυ-
νιταρῶν*, & tertium quod maxime tyrannis est, *ἀν-
τιεστὸς τῇ βασιλείᾳ*, quæ regno opposita est. Recte
hanc maxime tyrannidem vocat, reliqua enim im-
peria possunt esse iusta, quamuis raro, quia pau-
cissimi fuere sancti reges, qui sine lege pro arbitrio
omnia moderati, nulli iniuriam fecerunt.

Pauca boni
publicum
querunt, o-
mnes præ-
texunt.

§. 3. Sed tertium tyrannidis genus grauissimum
est ma-